Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 272
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 170.

Cod: CCLXXII.

Chartac: Fol: Saec: 15.

B
5.5.

1.

S. Gregorii M. liber de cura pastorali.
1a–44b

S: Gregorii M: liber de cura pastorali. Incipit: "Pastoralis curae" &c: Totus ut in Codice CCLXIV.

2.

Ejusdem libb: IV dialogorum.
44b–106b

Ejusdem IV libri dialogorum. Incip: "Quadam die dum". Satis de his dictum in Cod: CCXLVI.

3.

Conradi de Saxonia cognom: Holzingarii Speculum B: V. M:
107a–143a

Conradi de Saxonia, cognomine Holzingarii Speculum B: V: Mariae. Rubrica est: "Incipit Speculum Marie utilis libellus"; initium: "Quoniam ut ait beatus Jeronimus nulli dubium est quin totum ad gloriam Dei pertineat quidquid digne genitrici sue impensum fuerit Ideo &c: ejusdem matris salutacionem pro materia assumere dignum duxi". Est itaque tractatus super salutatione angelica, unde autem Speculi nomen hauserit ignoro. De authore quoque dissenserre hactenus eruditi. Oudinus et Caveus, quibus adstipulantur antiquae editiones illud vindicant Bonaventurae Baduario(a); alii doctori Seraphico. Sed rem, ut mihi videtur confecit Benedictus Cavalesius in Prodromo ad Opp. S. Bonaventurae T: 8. part: 0. C: 2. §7. col: 706 segq: ubi ex gravissimo testimonio Joann: de Turrecremata, aliorumque authorem statuit Conradum de Saxonia, cognomine Holzingarium Ord: Min: Saec: 13. & 14. Plura vide in Prodromo l: c:

(a) Ord: Eremit: S. Aug: aõ 1380.

2026-06-17 page 2/3

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 272

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 171.

4.

Evangelia idiomate Bohemico. | Evangelia idiomate Bohemico.

144a–153a

Registrubl

Cod. CCLXXIII.

Membran: Fol: min: Sec: 14 & 15. B 5.6.

Joannis de Monginato lib: apparit: flor: coel: doctrinæ, et figurarum B: V: M:

Joannis Monachi de Monginato Benedictini non procul a Carnuto in Francia liber apparitionum et visionum B: V: Mariæ. Titulus est: "Incipit liber apparicionum et visionum beate et intemerate" &c. Mox subjungitur: "Incipit liber beate virginis gloriose Marie qui liber florum celestis doctrine appellatur ad omnes artes sciendas" &c. In prologo, qui incipit: "Nemo enim lucernam accendit", seipsum nominat, ac de scribendis visionibus rationem reddit. Titulus sæpius variat, sic fol. XI. dicit rubrica: "finit liber visionum qui est de reprobacione artis notorie et de presentis artis revelacione sequitur tunc liber virginis Marie" &c: Fol. XIV. rubrica est: "Incipit liber de gracia domini"; ita vocat collectionem variarum precum ad obtinendas visiones, artes, et scientias v: g: Rhetoricam, Dialecticam, Astrologiam &c: præstriptarum. Fol: LII. denuo mutatur titulus, nempe: "Hic incipit liber figurarum beate Marie virginis" &c: de quo dicit: "Anno incarnacione dominice M CCC XV Idus Augusti circa vesperas incepi librum istum"; ex quo ætas authoris dignosci potest. Ultimo tamen folio iterum dicit: "In hac nova compilacione (a) duo nomina ponimus, scilicet librum florum doctrinis (a) celestis appellamus." Cæterum codex summe vitiatus est, opus ipsum autem partus stolidi, ac fanatici hominis: Extat quoque apud Scotos Viennæ

(a) Author nempe secundis curis hoc opus recognovit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 272

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27624

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)